

M A R T I N U S G R A D O V V I U S

Elegia de resurrectione Domini nostri  
Iesu Christi (1561)

---

M A R T Y N A S G R A D O V S K I S

Elegija apie mūsų Viešpaties Jėzaus  
Kristaus prisikėlimą (1561)

---

MARTINUS GRADOVVIUS

ELEGIA DE RESURRECTIONE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI  
continens descriptionem pugnae Ipsius apud inferos et simul  
triumphi Eius ascendentis ad Patrem, scripta ad illustrissi-  
mum principem et dominum, dominum Nicolaum Radzivil,  
ducem in Olika et Niesvisz, palatinum Vilnensem, cancella-  
rium et marschalcum Magni Ducatus Lithuaniae generalem,  
Brestensem, Schaulensem<sup>1</sup> et Borisoviensem<sup>2</sup> capitaneum  
etc., autore Martino Gradovvio Caunensi I[icenciato] anno  
1561

EPIGRAMMA M[AGISTRI] CASPARIS LANGERFELDII  
REGIOMONTANI

Annua lux rediit, qua factus victima Christus  
captivas Stygio carcere duxit oves  
praclarumque tulit qua victor honore triumphum,  
Tartaream fuso fregit ut hoste domum.  
5 Hisce recordari nos talia gesta diebus  
laetaque victori cantica ferre decet.  
Sunt igitur laudanda tui monumenta laboris,  
quod decoras Christi versibus acta tuis.  
Perge sequi Musas doctisque favere Camoenis,  
10 o Martine mihi fratris amate loco:  
sic tibi perpetuo florentem tempore famam,  
qua decus haud possis maius habere, feres.  
Maeonidis clarum quis nosset nomen Homeri,  
extarent operis ni monumenta sui?  
15 Vivit adhuc nomen Nasonis amabile vatis  
nec iacet Andini gloria spreta senis.  
Carmine praestantes vivunt post fata poetae,  
nescit et ipsorum splendida fama mori.

<sup>1</sup> Editio a. 1561 *Schanlensem* habet.

<sup>2</sup> Editio a. 1561 *Borisoviensem* habet.

## MARTYNAS GRADOVSKIS

ELEGIJA APIE MŪSŲ VIEŠPATIES JÉZAUS KRISTAUS PRISIKĒLIMĄ, aprašanti Jo kautynes požemio pasaulyje, taip pat triumfo eiseną pas Tėvą, adresuota šviesiausiajam kunigaikščiui ir ponui, ponui Mikalojui Radvilui, Olykos ir Nesvyžiaus kunigaikščiui, Vilniaus vaivadai, Lietuvos Didžiosios Kunigaikštystės kancleriu ir didžiajam maršalkui, Bresto, Šiaulių ir Borisovo seniūnui ir t. t., ir sukurta licenciato Martyno Gradovskio iš Kauno 1561 metais

## MAGISTRO KASPARO LANGERFELDO IŠ KARALIAUČIAUS EPIGRAMA

Vėl atėjo kasmetė diena, kada Kristus, tapęs auka,  
išvedė iš Stigės kalėjimo į nelaisvę paimtas avis  
ir kaip nugalėtojas garbingai pelnė šlovingą triumfą,  
sutriuškinęs priešą ir palaužęs Tartaro viešpatiją.

- 5      Šią dieną mums dera paminėti tokį žygį  
      ir giedoti nugalėtojui džiaugsmingas giesmes.  
Todėl vertas pagyrimo tavo darbo paminklas,  
kad savo eilėmis šlovini Kristaus darbus.  
Ir toliau sek Mūzoms įkandin ir būk atsidavęs mokytoms  
10     Kamenom, o Martynai, mano mylimas tarytum brolis:  
taip pelnysi visą laiką žydinčią šlovę,  
už kurią didesnés garbės negalétum pasiekti.  
Kas žinotų garsų Homero iš Majonijos vardą,  
jei nebūtu likę jo kūrinių?  
15     Iki šiol gyvuoja mielas poeto Nazono [Ovidijaus] vardas  
      ir néra sumenkusi Andų senolio [Vergilijaus] šlovė.  
Giesmėmis žymūs poetai po mirties lieka gyvi,  
ir jų spindinti šlovė yra nemari.

Il[l]ustrissimo principi et domino, domino Nicolao Radivilo,  
duci in Olika et Niesvisz, palatino Vilnensi etc., domino  
meo clementissimo, salutem plurimam dico

Laeta dies rediit laeto sacrata triumpho  
et merito summa laude vehenda piis,  
qua Christus victa crudeli morte revixit  
et simul ad coelos ampla trophyea tulit.

5 Non illum Phlegeton, Stygius nec terruit Orcus  
nec triplici latrans Cerberus ore canis.

Non superas illum vetuit transcendere ad auras  
astus perversi Daemonis atque furor.

Haec nisi lux tristi fulsisset amabilis orbi,  
10 non potuissemus regna videre Dei.

Mens hominum morbis nam cum polluta scateret  
nos et Tartareae poena maneret aquae,  
coelorum oppositis et stabat ianua valvis,  
ad superas poterat nemo redire domos.

15 Horrida mors homines captos caligine mentis  
ad Stygis infernas praecipitabat aquas,  
nullius et poterant lenire piacula cladem  
nec poterant placidum restituisse Deum.

Ergo sedebamus miserando carcere clausi  
20 atque loco vitae fulmina mortis erant.  
Totus nec mundus nec homo nec et angelus ullus  
salvificas poterant applicuisse manus.

Una sed aeterni proles dilecta Parentis  
Legis pro nobis est grave passa iugum,  
25 debita iustitiae solvit quoque praemia Patri  
suppliciumque tulit corpore triste suo.

Iusta trophyea tulit tandem, mors morte fugavit  
mortem, dum Stygias et superavit aquas;  
supplice pro nobis Patrem quoque voce precatur

30 iustaque divino flamme corda regit.  
Illa dies igitur, qua luce reviximus omnes,

Sveikinu šviesiausiąjį kunigaikštį ir poną, poną Mikalojų Radvilą, Olikos ir Nesvyžiaus kunigaikštį, Vilniaus vaivadą ir t. t., savo maloningiausiąjį poną

Sugrįžo džiaugsminga diena, pašvęsta džiaugsmingam triumfui,  
kurią dievoti žmonės pagrįstai turi labiausiai liaupsinti,  
nes per ją Kristus, nugalėjęs žiauriąjį mirtį, atgimė  
ir kartu įnešė į dausas gausius [savo pergalės] trofėjus.

5 Neišgąsdino jo Flegetontas, Stigės Orkas  
né trimis nasrais lojantis šuo Kerberas.

Persikelti į dausas jam nesutrukдé  
piktojo Demono apgaulė ir įdūkis.

Jei ši miela diena nebūtų sušvitusi liūdnam pasauliui,  
10 nebūtume galėję regėti Dievo karalystės.

Juk kai sugedusi žmonių prigimtis buvo apnikta ligų  
ir mums reikėjo patirti Tartaro vandenų bausmę,  
o durys į dangų buvo užvertos,

niekas negalėjo grįžti į dangiškus namus.

15 Baisioji mirtis proto tamsos apimtus žmones  
nutrenkdavo į požeminius Stigės vandenis,  
né vieno žmogaus aukos negalėjo sušvelninti tokio galo  
ir negalėjo permaldauti Dievo.

Tad sédėjome uždaryti varganame kalėjime  
20 ir vietoj gyvenimo buvo mirties žaibai.

Visas pasaulis, joks žmogus anei angelas  
negalėjo ištiesti gelbstinčios rankos.

Vienintelis mylimas Amžinojo Tėvo Sūnus  
prisiémė dėl mūsų sunkų įstatymo jungą  
25 ir sumokėjo Tėvui deramą atpildą už teisingumą  
bei savo kūnu iškentė liūdną bausmę.

Galop [Kristus] pelnė teisétus pergalės trofėjus, mirtis mirtimi  
nugalėjo mirtį ir įveikė Stigės vandenis;

[Kristus] meldžiamu balsu taip pat prašo už mus Tėvą  
30 ir per Šventąją Dvasią valdo teisiųjų širdis.

Tad ši diena, kurią mes visi atgimėme,

laudibus a cunctis est celebranda piis,  
morte sua Christus qua nos a morte redemit,  
          crimina et abstersit sanguine nostra suo,  
35   reddidit ac nobis amissae munera vitae  
          evertens Stygii fortiter hostis opes.  
Cumque dies rediit totum celebranda per aevum,  
          perdita qua nobis est reparata salus,  
Divinum tenui descripsi voce triumphum,  
40   maxime dux patriae lausque decusque meae.  
Carmina sunt, fateor, iuvenili condita plectro  
          et vix tam claro principe digna legi.  
At cum contineant non fictas carmina voces,  
          sed referant summi gesta stupenda Dei,  
45   accipe missa tibi placato munera vultu  
          hinc, ubi Marchiacos Odera findit agros,  
et cum nulla gravi te cura labore fatigat,  
          haec mea fac animo scripta favente legas.  
Sic me quando virum maturis fecerit annis  
50   tempus et ingenii gratia dives erit,  
Musica tum rursus me tangere plectra iuvabit,  
          carmina quaeque legas his meliora canam.  
Dignus es, ut docto celebreris carmine vatum,  
          pulchrius in vita quo nihil orbis habet,  
55   utque tibi curae sit nostra Camaena, precamur.  
          Quam foveas animi pro bonitate tui,  
id petit, id genitor votis ardentibus optat,  
          impositum Caunae qui gerit urbis onus,  
undique caeruleo quam Memela flumine cingit,  
60   clarior haud patriam quo rigat amnis humum.  
Sic tua clarescat bonitas, sapientia, virtus,  
          iustitiae, pacis, religionis amor,  
ac tua quae nunquam laus est peritura sub aevo  
          crescat et ad summi se vehat astra poli.  
65   Eveniantque tuis, precor, omnia prospera factis,  
          det Deus et coeptis fata secunda tuis.

visų dievotų žmonių turi būti keliamas į padanges,  
nes Kristus savo mirtimi išpirko mus iš mirties,  
savo krauju nuplovė mūsų nusikaltimus  
35 ir grąžino mums prarastojo gyvenimo dovanas,  
narsiai sugriovęs priešo iš Stigės galybę.  
Vėl atėjus šiai per amžius minėtinai dienai,  
kada mums buvo grąžintas prarastas išganymas,  
silpnu balsu apgiedojau Dievo triumfą,  
40 didžiausias mano tėvynės kunigaikštis, jos šlove ir puošmena.  
Pripažįstu, kad šios giesmės sukurtos jaunučio poeto  
ir vargiai yra vertos, kad jas skaitytų toks garsus kunigaikštis.  
Bet kadangi jos aprašo ne išgalvotus dalykus,  
bet atpasakoja nuostabius didžiojo Dievo darbus,  
45 priimk nuolankiai tau pasiūstas dovanas  
iš čia, kur Oderis skrodžia Marchijos laukus,  
ir kai tavęs nevargins joks rūpestis ir sunkus darbas,  
su palankiu nusiteikimu perskaityk ši mano kūrinj.  
Kai bégant metams aš tapsiu vyru  
50 ir įgausiu daugiau talento,  
tada vėl galésiu imtis Mūzų lyros  
ir sudėti geresnių už šias giesmių, kad jas skaitytumei.  
Esi vertas būti šlovinamas mokytomis poetų giesmėmis tu,  
už kurį pasaulis [šiame] gyvenime neturi nieko gražesnio,  
55 todėl prašome rūpintis mūsų Kamena.  
Kad dėl savo širdies gerumo būtum jai palankus,  
prašo, karštai pageidauja ir [mano] tėvas,  
einantis pavestas pareigas Kauno mieste,  
kurį mėlynais vandenimis iš visur juosia Nemunas,  
60 už kurį néra garsesnės upės, drékinančios gimtąją žemę.  
Tegu garsėja tavo gerumas, išmintis, dorybė,  
teisingumo, taikos, dievotumo [arba: tikėjimo] meilė.  
Lai didėja ir kyla iki dangaus žvaigždžių  
tavo per amžius niekada neišblésianti šlovė.  
65 Telydi visokeriopa sékmę tavo darbus,  
lai Dievas būna palankus tavo sumanymams.

Quod superest, longum foeliciter exige tempus  
et numera Pylii saecula terna ducis.

Tuae excellentiae deditissimus  
Martinus Gradovius Caunensis

Elegia de resurrectione Domini nostri Iesu Christi continens  
descriptionem pugnae Ipsius apud inferos et simul  
triumphi Eius ascendentis ad Patrem

Carmine fert animus victorem dicere Christum  
atque resurgentem concelebrare Deum,  
quando tulit clarum devicta gente triumphum,  
regia Tartarei quam fovet atra ducis.

5       Qui fueras, cum facta fuit nec terra nec unda  
          nec vaga fulserunt sydera, Christe, fave  
et teneram sancto conamine dirige mentem,  
          ut possim dextrae gesta referre tuae.  
Christus ut immensa descendit luce sub umbras,  
10      Ditis ubi bifida regia fronte patet,  
intrepidus diras tendit Plutonis ad aedes,  
          infera sulphureas Styx ubi volvit aquas,  
et properabat iter iam victor honore futurus  
          ingrediens Stygiae limina prima domus.  
Forte sua Pluto tum prospiciebat ab arce,  
15      undique quae nigro marmore tecta nitet,  
atque ubi cognovit venientis lumina Christi,  
          adversus regnum qui ferat arma suum,  
protinus auxilium magno clamore precatur<sup>3</sup>,  
20      quotquot Avernalnis curia Ditis habet,  
immanesque monet socios precibusque fatigat,  
          defendat forti quo sua tecta manu:  
„O socii (referens), pars nostri maxima regni,

---

<sup>3</sup> Editio a. 1561 *precantur* habet.

Lieka tik palinkėti tau laimingų ilgiausių metų  
ir sulaukti trigubo Pilo valdovo [Nestoro] amžiaus.

Tavo kilnybei labiausiai atsidavęs  
Martynas Gradovskis iš Kauno

Elegija apie mūsų Viešpaties Jézaus Kristaus prisikėlimą,  
aprašanti Jo kautynes požemio pasaulyje, taip pat triumfo  
eiseną pas Tévą

Širdis akina apgiedoti nugalétoją Kristų  
ir kartu pašlovinti prisikeliantį Dievą,  
kai jis nuskynė garsią pergalę, nugalėjęs [požemio] kariauną,  
kurią palaiko juodi Tartaro kunigaikščio rūmai.

5 Kristau, kuris buvai, kai dar nebuvo nei sausumos, nei vandenų,  
nei suspindo klajojančios žvaigždės, būk [man] palankus  
ir kreipk [mano] menką protą, émusi švento sumanymo,  
kad galéčiau atpasakoti tavo deštine atliktus žygius.  
Kristus, švytédamas beribe šviesa, nusileidęs į šešelių karalystę,  
10 kur stūkso Dito rūmai su dviejų dalių frontonu,  
be baimės patraukia baisiosios Plutono buveinės link,  
kur požeminė Stigė ridena sieros bangas,  
ir paskubino žingsnį kaip nugalétojas, netrukus pelnysiantis šlove,  
peržengęs Stigės namų [t. y. pragaro] slenkstį.  
15 Plutonas tąsyk atsitiktinai žvelgė nuo savo pilies,  
kuri iš visų pusiu spindi padengta juodu marmuru,  
ir, išvydęs šviesą, skleidžiamą artėjančio Kristaus,  
pakélusio ginklus prieš jo karalystę,  
griausmingai sušukęs, bematant kviečia į pagalbą  
20 visus Averno [t. y. požemio pasaulio] Dito dvaro įnamius,  
ir ima melsti baisiuosius [savo] bendražygius,  
idant narsia ranka gintų jo namus:  
„O bendražygiai, sudarantys didžiąjā mano karalystės dalį,

quam mihi Theseo foedere iunxit amor:  
25 ecce Dei soboles, mihi formidata propago,  
clara cupid nostri tollere iura fori.  
Ergo agite, o celeres, arma, arma hostilia ferte  
hostilesque gravi pellite Marte manus.  
Ferte citi flamas, date praelia, scandite muros,  
30 induat et vestrum cassis aperta caput.  
Nunc animis opus est, animosas iungite vires:  
sic noster summa laude vigebit honos.“  
Haec ubi dicta dedit, tenuit mora nulla vocatos,  
sed peragunt domini seria iussa sui:  
35 undique se glomerant [s] Stygio plebs subdita regi,  
ceu nix cum gelidam plurima vestit humum;  
altera pars arcum gestat celeresque sagittas,  
altera crudeli pars latus ense tegit.  
Ille inflat lituos portaeque repagula ponit  
40 duraque veloce ad iuga cogit equos.  
Improvisi adsunt multis cum millibus hostes,  
exerit et vires Styx tenebrosa suas;  
praecipue sathanas, peccati suasor et author,  
horrendi capitis cornua bina quatit.  
45 Christus at, aeterni soboles veneranda Parentis,  
inceptum laeta mente peregit iter  
infernaeque domus immania regna revisit  
ingrediens arcem, lubrice Pluto, tuam.  
Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci  
50 ecce reluctatur gens inimica Deo:  
undique tela volant diram minitantia mortem,  
omnia qui solus praevidet ante Deo;  
quisque suos flectit sinuosis cornibus arcus  
eliditque furens aspera tela manu –  
55 terribilis toto soevit Mars impius Orco,  
dum metuit nomen, Christe benigne, tuum.  
Interea Christus saevum tendebat ad Orcum,  
in quem nil proprii fulmina iuris habent.

kuriuos Teséjo sutartimi sujungé su manimi meilé,  
25 Dievo sūnus, man grasantis jo palikuonis,  
trokšta panaikinti aiškius mano teismo įstatymus.  
Tad mikliai traukite ginklus, neškite juos čion  
ir narsiai atremkite priešo puolimą.  
Greitai gabenkite [čion] liepsnas, stokite į mūšį, lipkit ant mūrų  
30 ir užsidékite ant galvos atvirą šalmą.  
Atėjo laikas parodyti drąsą, ją paremkite [fizine] jėga,  
ir tokiu būdu mūsų vardas sulauks didžiausios šlovės.“  
Jam tai tarus, sušaukti [požemio gyventojai] bematant  
ima vykdyti griežtą savo šeimininko įsakymą:  
35 iš visur renkasi Stigės valdovo valdiniai  
it sniegas, storai užklojantis šalčio sukaustyta žemę;  
vieni nešasi lanką ir greitąsias strėles,  
kiti juosiasi prie šono baisujį kardą.  
Plutonas sutrimituoja, atšauna vartų sklaščius  
40 ir ima kinkytis eikliuosius žirgus.  
Netikėtai susitelkia daug tūkstančių priešų,  
tamsioji Stigė taip pat išveda savo pajegas,  
šétonas, gundęs nusidéti ir nuodémës kaltininkas,  
purto baisiąją dviragę galvą.  
45 Bet Kristus, pagarbos vertas amžinojo Tėvo palikuonis,  
džiaugsmingai tésé pradétą žygį  
ir užsuko į baisiąs požemio rūmų valdas,  
ižengęs į tavo, siaubūne Plutonai, pilį.  
Prieangio prieigose ir pačiuose Orko nasruose  
50 Dievui priešiška padermé ima kautis:  
iš visų pusų ant Dievo, kuris vienintelis iš anksto viską numato,  
pasipila mirtį nešantys ginklai;  
visi [požemio gyventojai] įtempia riestuosius lankus  
ir įdūkė leidžia [i Kristų] žiauriąsias strėles –  
55 po visą Orką siaučia baisi kova,  
išsigandus tavo, gerasis Kristau, vardo.  
Kristus tuo metu [verdant kovai] toliau trauké baisiojo Orko link,  
nes žaibų smūgiai neturi jam jokios galios.

In clausa trepidis mox astitit hostibus aede,  
60        protinus et tales edidit ore sonos:  
„Tantane vos generis tenuit fiducia vestri,  
      vos contra Dominum sumere tela decet?  
An vestrum numen, mihi dicite, cuncta gubernat,  
      quicquid habet tellus, aequora quicquid habent?  
65 Non equidem: dico! Dominus terraeque marisque,  
      cunctaque per nomen sunt fabrefacta meum.  
Me solum mundus Dominum veneratur et orat,  
      meque Deum radians cantat uterque polus.  
Me celum unanimi, me concinit ore potestas,  
70        Angelicus laeto me canit ore chorus.  
Sum Dominus, frustra est mihi contradicere regi:  
      me metuit totus quicquid hic orbis habet“.  
Haec ubi dixisset, surrectis auribus astant:  
      pars sua veloci terga dedere fugae,  
75        pars circum Stygias magno clamore paludes  
      mentis inops errat, cunctaque turba fuit.  
Adventante Deo tremuere palatia Ditis,  
      inferni fortes et crepuerere fores.  
Protinus atque imas baratri petiere latebras  
80        sperabantque nihil iam superesse mali.  
At Christus clausos Erebo<sup>4</sup> trepidante recessus  
      invadit fortes et populatur aquas.  
Illorum hac illac diversa parte feruntur  
      tela, sed in nihilum mox ruitura cadunt.  
85 Ille instat rumpitque fores – nec claustra nec ipsi  
      pellere custodes vi potuerunt Deum –,  
impulsa[e]que procul disiecto cardine Ditis  
      (horrendum dictu) procubuere fores.  
Hic Christus primum multis e millibus unum  
90        crinibus arripuit complicitumque necat.  
At reliqui celeri fugerunt ocyus aura,

---

<sup>4</sup> Editio a. 1561 *erebro* habet.

Vos užsivérus rūmams stojęs tarp drebančių priešų,

60 jis bematant garsiai taip tarė:

„Ar šitiek jūs sujūlėjote,

ar dera jums griebtis ginklų prieš Viešpatį?

Ar tai jūsų dievas, sakykite man, valdo visa,

kuo turtinga žemė ir vandenys?

65 Anaiptol. – Aš esu vadinas žemės ir marių Viešpačiu  
ir visa yra sukurta mano vardu.

Vienintelį mane pasaulis gerbia ir meldžia kaip Viešpatį

ir [vieninteliam] man, kaip Dievui, gieda giesmes abu poliai [t. y. žemės ir  
dangaus gyventojai, žmonės ir šventieji danguje].

Mane vienbalsiai šlovina ir dangus, ir žemės galiūnai,

70 mane džiugiai balsais šlovina angelų choras.

Aš esu Viešpats, tuščia prieštarauti man, Karaliui:

manęs bijo visas šis pasaulis.“

Tai jam tarus, [pragarininkai] sustoja ištempę ausis:

vieni mikliai atsukę nugaras sprunka,

75 kiti, netekę proto, baisiai rėkaudami pasileidžia  
po Stigės pelkes, visa kariauna ima siautéti.

Dievui prisiartinus, sudrebėjo Dito rūmai,

subraškėjo tvirtieji požemio vartai,

ir [požemio gyventojai] akimoju išsislapstė po giliausias pragarmės kertes,

80 tikėdamiesi, kad jau nebegresia joks pavojas.

Bet Kristus, Erebui tirtant iš baimės, puola uždaras slėptuvės

ir forsuoja sunkiai įveikiamus prieinamus vandenis [t. y. pilį juosiančius  
vandens griovius].

Iš visų pusią į jį pasipila [požemio gyventojų] ginklai,

bet greitai krenta [žemėn] nepasiekę savo tikslo.

85 Kristus tėsia puolimą ir ima daužyti vartus –

nei skląsčiai, nei patys sargybiniai negalėjo jėga atremti Dievo

ir, išplėšus vyrius, Dito [rūmų] vartai po smūgio

(baisu ir sakyti) išvirto ant žemės.

Tada Kristus pirmą pasitaikiusi priešą iš daugelio tūkstančių

90 sugriebė už plaukų ir suraitytą nukauna.

Likusieji spruko greičiau užu vėją,

personat horrendo totus et ore chorus.  
Ipse caput scelerum Pluto, regnator Averni,  
Tartareae cuius iura paludis erant,  
95 movit ad antra pedes (pedibus timor addidit alas<sup>5</sup>),  
dum sua detrectat subdere colla iugo,  
utque suam vitam defendere possit ab hoste,  
saxa suis volvit viribus ante fores.  
Ast instat Christus divinis desuper armis  
100 inclusumque antro comprimit ense ducem.  
Ille autem – neque enim fuga iam super ulla pericli –  
(proh dolor) ingentes evomit ore faces  
involvitque domum multa caligine coeca  
et telo firmat corpus inerme suum.  
105 Sed nihil hic fraus ulla iuvat, nil proficit astus,  
nil sua tela, sui nil valuere doli:  
hic oculos rursum Christus villosaque setis  
corripit atque necat pectora semiferi  
quadrupedemque ipsum vinclis constringit ahenis,  
110 eius et iniecta compede crura sonant.  
Ille furens morsu tentat divellere vincla  
nec quicquam et frustra territus ore fremit.  
Intima disiectae trepidabant viscera terrae  
Lethaeas Christo concutiente domos.  
115 Hinc sese ad manes sanctos animasque piorum,  
immersos Stygii quos habuere lacus,  
per tenebras Erebi tenebrosaque regna Draconis  
Elysium Christus contulit ipse nemus.  
Ecce Prophetarum series numerosa sciebat  
120 tempora Messiae laeta futura sui  
deque procul Christum victricia signa videbat  
iustaque Lethaeos vincula ferre duces.  
Mille igitur coetus tollunt super aethera plausus,  
huius laetitiae nec modus ullus adest.

---

<sup>5</sup> Editio a. 1561 *alis* habet.

baisiais balsais gaudžia visas [pragarininkų] choras.

Pats nusikaltimų galva Plutonas, Averno vadeiva,  
valdės Tartaro pelkę,

95 pabėgo į urvus (baimė kojoms suteiké sparnus),  
nenorédamas lenkti kaklą po [Kristaus] jungu  
ir gindamas nuo priešo [t. y. Kristaus] savo gyvybę,  
savo jégomis užritina akmenimis jėjimą.

Bet Kristus dieviškais ginklais atakuoja ji iš viršaus  
100 ir puola su kardu urve užspeistą vadeivą.

O tas – jau nebebuvo kur sprukti nuo pavojaus –  
(o varge!) ima baisiai spjaudytis ugnimi,  
užtemdo vidų tirštais dūmais  
ir čiumpa į ranką ginklą.

105 Bet nieko čia nepadeda jokia klasta, neišdega vylius,  
nieko nedavé jo ginklai ir gudrybės:  
Kristus vél pakelia akis, griebia pusiau žmogų, pusiau gyvulį  
už gaurų ir ji nukauna,

suriša keturkojį variniaiš pančiaiš,  
110 ir skimbčioja surakintos jo kojos.

Anas įdūkės veltui mégina dantimis nutraukti  
pančius ir, apimtas baimés, tuščiai riaumoja.

Giliausios išvarytotos žemės gelmės virpėjo,  
kol Kristus triuškino Létės viešpatiją.

115 Iš ten Kristus per Erebo tamsybes  
ir niūriasis Drakono valdas  
patraukė į Elisijo giraitę pas šventąsių véles ir teisiųjų  
sielas, kurias Stigės pelkės laikė savo gniaužtuose.

Daugel Pranašų žinojo, kad ateis džiaugsmingas  
120 jų Mesijo [atéjimo] laikas

ir iš anksto numatė, kad Kristus neš pergalės véliavas,  
o Létės valdovai – pelnytas grandines.

Tad tūkstantinė minia iki padangių kelia ovacijas,  
ir néra saiko šiam džiūgavimui.

125 Excipitur victor, resonat concentibus aer:  
omnes laetitiae signa dedere suae.  
Interea reliquos pater hortabatur Adamus,  
tanta celebrarent ut benefacta Dei,  
laeta triumphanti canerent ut carmina Regi,  
130 vindice divinus quo reparetur honos.  
Isque ubi tendentem adversum per gramina vidit  
iamque triumphantem conspicit ipse Deum,  
ardua sustollit geminas ad sidera palmas  
humectatque suas imbre fluente genas:  
135 „Venisti tandem, longos optata per annos  
aeterni proles unica Patris“ ait.  
„Vicit iter durum pietas, o maxime Christe,  
qui non principium, sancte Redemptor, habes.  
Sic equidem ducebam animo rebarque futurum  
140 tempora dinumerans, unice nate Patris.  
Expectatus ades, nostros miserare labores,  
qui Phlegetontae vincula vincis aquae.  
Da dextram miseris et nos his eripe damnis  
infernoque tuum te<sup>6</sup> duce tolle gregem.  
145 Haec nisi fulsisset lux optatissima mundo,  
Divinae nobis nil superesset opis.  
Sed tu, nate Deo, nostros miserare dolores,  
qui regis astriferi sidera clara poli,  
morte tua mortem deles et sanguine sanas  
150 maxima quos Legis fecerat ira reos,  
et quia mens est casta Patris castosque requirit,  
iustitia castos nos facis esse tua.  
Reddis et ablatae nobis tot dona salutis,  
simus ut aeternae pars quotacunque scholae,  
155 ut liceat nobis rursus celebrare Parentem  
atque piis precibus sollicitare Deum.  
Ergo, Deus, salve, reparatae sancta salutis

---

<sup>6</sup> Editio a. 1561 *de* habet.

- 125 Pasitinka nugalėtoją, dangus gaudžia nuo giesmių:  
visi reiškė savo džiaugsmą.  
Tuo tarpu protėvis Adomas ragina likusius  
šlovinti tokias Dievo geradarystes,  
giedoti triumfuojančiam Karaliui džiaugsmo giesmes,
- 130 kad jam [t. y. Kristui] padedant susigrąžintų Dievo pagarbą.  
O išvydės per pievas priešais ateinantį  
ir pergalę švenčiantį Dievą [t. y. Kristų],  
iškélė į aukštąsias žvaigždes abi savo rankas,  
sudrėkino ašarą lietumi savo skruostus ir tarė:
- 135 „Galop atvykai, ilgus amžius lauktas  
vienatini Amžinojo Tėvo [Sūnau].  
Iš gailesčio įveikei [šj] sunkų kelią, o didysis Kristau,  
neturintis pradžios šventasis Atpirkėjau.  
Taip ir maniau širdyje ir laukiau įvyksiant,
- 140 skaičiuodamas amžius, vienatini Tėvo Sūnau.  
Ateini laukiamas tu, kursai apgaili mūsų vargus,  
kursai nugali Flegetonto vandenų grandines.  
Ištiesk vargšams dešinę, ištrauk mus iš šių vargų ir  
išvesk, žengdamas priekyje, iš požemio savo kaimenę.
- 145 Jei pasauliu nebūtų išaušusi ši laukiamiausia diena,  
mums būtų nelikę Dievo pagalbos.  
Bet tu, Dievo Sūnau, kursai apgaili mūsų sopulius,  
kursai valdai spindinčius žvaigždėto dangaus šviesulius, –  
savo mirtimi naikini mirtį ir [savo] krauju išgydai
- 150 tuos, kuriuos didžiausias Įstatymo pyktis padarė kaltus,  
o kadangi Tėvo sumanymas yra tyras ir reikalauja tyrujų,  
savo teisumu tu mus padarai tyrus.  
Taip pat grąžini mums tieką Išganymo, kurio netekome, dovanų
- 155 kad taptume nors ir menkute amžinosios draugijos  
dalimi, kad galėtume vėl šlovinti Tėvą  
ir pamaldžiai melsti Dievą.  
Tad būk pasveikintas, Dieve [Kristau], šventas išganymo

Ancora, qua puri purificante sumus.“  
Vocibus his Christum cum compellasset Adamus,  
160 tota cohors plausus voce sonante dedit.  
Exhibitos victor sed cum vidisset honores,  
gratanti turbae talia verba dedit:  
„Ponite corde metus tristesque evellite curas,  
vos ego perducam victor ad astra Patris.  
165 Linquite Tartareos mutata sede Penates,  
in vos nil sathanae fulmina iuris habent.  
Me duce strata iacent captivae vincula mortis,  
vindice me vobis coelica regna patent.  
Vester amor Ditis me regna subire coegit,  
170 reddere et irato debita λυτρό Patri.  
Me propter vobis coeli Pater annuit arcem,  
antea quae oppositis stabat opera seris.  
Ergo vos mecum victa Styge surgite, vestra  
iam mihi sunt stabili pectora iuncta fide.  
175 Sum Via, credentes superas quae ducit in aedes,  
invenit veram me sine nemo viam.  
Simplicitate Deum trinum coluistis in una,  
dum rexit firmus corpora vestra vigor.  
Praemia propterea tanta pietate feretis  
180 digna: dabo vobis regna tenenda Patris.  
Quare agite et magni pompam celebrate triumphi,  
longior ingressum nec mora tardet iter“.  
Haec ubi fatus erat, complaudunt vocibus omnes  
atque triumphantes ingrediuntur iter.  
185 Dulcisonis volucres concentibus aethera mulcent  
laetaque iam Domino carmina voce canunt.  
Interea tanti celebratur pompa triumphi,  
clarus et incedit victor honore novo.  
Non secus ut Romae, si quis superaverat hostes,  
190 ut sua subicerent debita colla iugo,  
Ausoniam victor populo mirante per urbem  
more suo niveis invehernetur equis;

Inkare, kurio nuskaistinti mes tampame skaistūs.“

Kai Adomas šiai žodžiai baigė [savo] kreipimąsi į Kristų,

160 visas būrys sugaudė pritarimo balsais.

O nugalėtojas [t. y. Kristus], išvydęs rodomus pagarbos  
ženklus, dėkojančiai miniai tarė tokius žodžius:

„Ginkite iš širdies baimes ir liūdnas mintis:  
aš, nugalėtojas, nuvesiu jus Tėvo žvaigždžių link.

165 Pakeiskite namus ir palikite Tartaro penatus,  
Šetono žaibai neturi jums jokios galios.

Man vedant, guli nukritusios į nelaisvę paimtos mirties grandinės  
man gelbstint, jums atsiveria dangaus karalystė.

Meilė jums mane privertė nusileisti į Dito valdas  
170 ir atnašauti įpykusiam Tėvui deramą auką.

Dél manęs Tėvas sutiko įsileisti jus į dangaus pilį [t. y. rojų],  
kuri iki tol buvo užrakinta.

Tad kelkitės su manimi, nugalėjė Stigę [t. y. pragarą], –  
širdis su manimi vienija tvirtas tikėjimas.

175 Aš esu Kelias, kuris tikinčius į mane veda į dangaus rūmus,  
o be manęs niekas nerado tikrojo kelio.

Kol jūsų kūnai buvo stiprūs ir gyvybingi,  
garbinote vieną Dievą trijuose asmenyse.

Todėl gausite dovanų, vertų tokio dievotumo:

180 duosiu jums Tėvo karalystę.

Todėl skubékite švęsti didžio triumfo eiseną  
ir neatidéliodami tēskite pradétą kelią [kelionę].“

Jam baigus, visi pritariamai sušunka  
ir švęsdami triumfą pradeda žygį.

185 Sparnuočiai [t. y. angelai] saldžiomis sutartinėmis virpina orą  
ir jau gieda Viešpačiui linksmas giesmes.

Tuo tarpu prasideda tokio didelio triumfo eisena  
ir [joje] žengia nauja garbe švytintis nugalėtojas.

Lygiai kaip Romoje, kai kuris nors karvedys nugalėdavo priešus,  
190 kad šie nulenktų savo sprandus po jungu, nugalėtojas,  
romiečiams stebint, važiuodavo per ausonų miestą [t. y. Romą],  
pagal paprotį traukiamas baltų žirgų;

insuper et currum comitati signa tulerunt,  
nudatusque suis vestibus hostis erat.

195 In Capitolinam tandem cum venerat arcem,  
fundebat superis vota precesque diis,  
omine quod fausto victoria parta fuisse  
libertasque Deo vindice tuta foret.

Inde triumphanti regi paeana canebat,  
200 praemia nam virtus digna labore capit.  
Talis erat Christi per tot mala victa triumphus:  
in curru populo victus ovante venit.

Electique gerunt pueri direpta trophya  
armaque, quae diro victor ab hoste tulit.

205 A tergo Christum capti comitantur et hostes,  
ius Acherontiae qui tenuere domus.  
Hos Mors consequitur pharetris insignis et arcu,  
dudum ius cuius debilitata iacet;  
quae sua terribili distendit guttura rictu<sup>7</sup>,

210 dum dolet haec Christi se iuga dura pati.  
Purpurea currum praecedunt veste Prophetae  
laetaque suavisono pollice plectra movent.  
Hos et Apostolicus comitatur in ordine cetus,  
quo maius totus non decus orbis habet.

215 Pars citharas tractat, fulva et luctatur arena  
parsque movet docta dulcia plectra manu.  
Pars etiam cantat dulcissima carmina Christo,  
diversosque facit tibia tacta modos.  
Interea laeto divisorum ianua coelo

220 laxabat summi tecta suprema Patris.  
Agnoscuntque suum fulgentia sydera regem  
igneo et insolitum lumen ab axe trahunt šviesą.  
Excipiunt Dominum coeli super astra meantem  
laetitiae et reduci signa dedere Deo.

225 Ipse triumphantem blandis amplectitur ulnis,

---

<sup>7</sup> Editio a. 1561 *victu* habet.

lydėjusieji jo vežimą nešė vėliavas,  
o priešai būdavo išrengiami.

- 195 Galop pasiekęs Kapitolijaus pilį,  
déjo dievams aukas ir maldas,  
kad esant palankiemis ženklams buvo pasiekta pergalė  
ir kad su Dievo globa būtų išsaugota laisvė.  
Po to triumfuojančiam karvedžiui giedojo šlovinančias giesmes,  
200 nes narsa sulaukia savo žygdarbio vertų dovanų.  
Tokia buvo Kristaus triumfo eisena, nugalėjus tieką blogybių:  
[dangaus] gyventojams džiūgaujant, nugalėtasis atvyksta vežime.  
Išrinktieji berniukai [t. y. angelai] neša paimtus trofėjus  
ir ginklus, kuriuos nugalėtojas atémė iš žiaurių priešų.  
205 Kristui įkandin žengia į nelaisvę paimti priesai,  
viešpatavę Acheronto namuose.  
Jiems iš paskos seka strėline ir lanku išsiskirianti,  
bet nusilpusi Mirtis, kurios valdžia jau pasibaigė;  
šioji baisiai šiepia savo nasrus,  
210 pykdama, kad reikia kęsti šį kietą Kristaus jungą.  
Pirm [Kristaus] vežimo žengia Pranašai purpuro drabužiais  
ir pirštuose laikomais plektrais džiaugsmingai skambina malonias  
melodijas.  
Už jų išsirikiavęs eina apaštalų būrys,  
už kurį visas pasaulis neturi didesnės puošmenos.  
215 Vieni skambina citromis ir rungiasi ant rusvo smėlio aikšteliéje,  
kiti mokytomis rankomis judina švelnius plektrus.  
Dar kiti gieda Kristui maloniausias giesmes,  
o liečiama fleita vinguriuoja įvairias melodijas.  
Tuo tarpu šventujų danguje vėrēsi durys  
220 į viršutinius Aukščiausiojo Tėvo namus.  
Švytinčios žvaigždės atpažista savo  
karalių ir nuo ugninio skliauto atspindi nepaprastą šviesą.  
Pasitinka dangaus valdovą, žengiantį virš žvaigždžių  
ir parodo savo džiaugsmą grižtančiam Dievui.  
225 Pats Dievas švelniomis rankomis apkabina triumfatorių [Kristų],

testatur mentis gaudia laeta Deus  
grataturque suo foelitia praelia Nato,  
in summa dextrae quem locat arce manus,  
quo regat aetherei rutilantia sydera coeli  
230 et premat imperio subdita regna suo.  
Hic erat infesto quem duxit ab hoste triumphus,  
ordine descriptum quem satis esse puto.  
Nunc quoque sperandos subiungam carmine fructus,  
victrices Christi quos meruere manus.  
235 Exuvias ibi distribuit pro more triumphi,  
simus et ut laudis pars quotacunque facit.  
Doctores alios nobis largitur, ut ore  
impavido doceant religionis opus.  
Pastores alios donat purosque ministros,  
240 ut crescat verbi vera propago sui.  
Est etiam nobis concessa remissio culpae,  
ut sint purifica pectora iusta fide.  
Sanctus et inprimis nobis donatur ab illo  
Spiritus, ut mentes nostraque corda regat.  
245 Cum Patris offensi iustum dimoverit iram,  
haeredes regni nos iubet esse sui  
vultque, resurgamus devicto ut carcere mortis  
et simus patriae portio magna sua.  
Interea nos sincero de pectore grates  
250 aeterno demus, non simulante, Patri,  
hoc duce quod fuerit victoria parta, quod hostes  
supplicium poena convenienter luant.  
Munere pro tanto grates reverenter agamus  
nostraque sint tanto pectora grata Deo:  
255 „Christe triumphator, supremi Patris imago,  
qui Phlegetontaeae vincula tollis aquae:  
accipe quas agimus devoto pectore grates,  
accipe depromunt quae tibi vota pii,  
victa quod infernae fuerint fera monstra paludis,  
260 te quoque quod rediit vindice nostra salus.

- išreiškia savo džiaugsmą,  
sveikina savo Sūnų su pergalėmis  
ir sodina jį aukščiausioje pilies vietoje [t. y. soste], po dešine  
ranka, idant valdytų spindinčias dangaus žvaigždes  
230 ir sau pavaldžias karalystes.
- Tokia buvo [Kristaus] triumfo eisena, kurią jis pelnė nugalėjęs  
priešą ir kurią, manau, pakankamai aprašiau eilės tvarka.  
Dabar dar aprašysiu eilėmis tuos lauklus vaisius,  
kuriuos pelnė nugalėtojo Kristaus rankos.
- 235 Pagal triumfo paprotį ten [danguje] jis dalija laimétą  
grobį ir daro mus kad ir menka savo šlovės dalimi.  
Dovanoja mums mokytojų, idant  
šie bebaimėmis lūpomis mokytu tikėjimo dalykų.  
Dovanoja ganytojų ir tyrų tarnų,
- 240 idant augtų tikrieji Jo Žodžio daigai.  
Taip pat suteiké mums atleidimą už kaltes,  
kad teisios širdys būtų apvalytos tikėjimu.  
Svarbiausia, kad jis dovanoja mums Šventąją Dvasią,  
idant ši valdytų mūsų mintis ir širdis.
- 245 Numaldės pagrįstą užsirūtinusio Tėvo pyktį,  
skiria mums paveldeti savą [dangaus] karalystę  
ir nori, kad prisikelume iš nugalėto mirties kalėjimo  
ir taptume jo [dangiškosios] tévynės dalimi.  
O mes ne apsimedesdami, bet nuoširdžiai
- 250 dékokime amžinajam Tėvui už tai,  
kad jam vadovaujant buvo pasiekta pergalė, kad priešai  
nubausti derama bausme.
- Pagarbiai dékokime už tokią dovaną ir  
lai mūsų širdys reiškia dékingumą tokiam didžiam Dievui:
- 255 „Triumfatoriau Kristau, aukščiausiojo Tėvo paveiksle,  
kursai nuimi Flegetonto vandenų grandines:  
priimk iš dievotos širdies plaukiančią mūsų padéką,  
priimk pamaldžių žmonių tau tariamas maldas už tai,  
kad buvo nugaléti žiaurūs požemio pelkés [Stigės] siaubūnai,
- 260 kad tavo déka mes atgavome išganymo viltį.

Haec nisi nam curae soli tibi, Christe, fuissent  
atque redemisses nos bonitate tua,  
praeda fuissemus tandem sperata Draconis,  
nemo caput Stygiis exeruisset aquis.  
265 Seviat et quamvis in tanto turbine Moscus  
et velit oppressum nomen id esse tuum,  
tu tamen interea defendas, Christe, sareptam  
moestaque divino numina corde fove,  
donec ad extremum superas migremus in auras  
270 ac ibi promissas possideamus opes.“

Finis

Textum edidit Darius Antanavičius

Juk jeigu tau, Kristau, vieninteliam nebūtų tai rūpėjė  
ir nebūtum iš savo gerumo mūsų atpirkės,  
būtume galop tapę lauktu Drakono grobiu  
ir niekas nebūtų iškélęs galvos [t. y. išsigelbėjės] iš Stigės vandenų.

- 265 Nors maskvėnas siaučia tokia didžiule audra  
ir nori sutrypti tavo vardą,  
tačiau tu, Kristau, ginki [savo] avilį  
ir dieviška meile palaikyki nuliūdusias dievybes,  
ligi galiausiai persikelsime į aukštąsias dausas  
270 ir ten turėsime žadétuosius turtus.“

### Pabaiga

Iš lotynų kalbos vertė Darius Antanavičius

## COMMENTARII<sup>8</sup>

### [Titulus libri]

1. Nicolaus Radvilas vel Radziwiłł Niger dictus, natus a. 1515, dux in Olika et Nâsviž a Ferdinando I imperatore creatus a. 1547, mariscalcus terrestris MDL et capitaneus in Šiauliai de a. 1544, capitaneus Brestensis de a. 1549, cancellarius MDL et capitaneus Borisoviensis de a. 1550, palatinus Vilnensis de a. 1551, obiit a. 1565. Olika (Олика), hodie oppidulum in Ucraina situm ad regionem Volinia pertinet (districtus Kiverci). Nâsviž (Нясвіж), hodie oppidum in Alba Russia situm ad regionem Minskensem pertinet, caput districtus. Šiauliai, hodie civitas in Lituania sita, caput regionis et districtus. Brëst (Брэст), hodie civitas in Alba Russia sita, caput regionis et districtus. Barysaŭ (Барысаў), hodie civitas in Alba Russia sita ad regionem Minskensem pertinet, caput districtus.

2. Martinus Gradovius Caunensis, Simone Gradovio, proconsule Caunensi, patre et matre Barbara de domo Bartholomaei civis Caunensis Bartzus vulgariter dicti natus circiter a. 1540–1543, litteris humanioribus in universitate Viadrina de a. 1559 ad a. 1561 studuit et Gedani sive Dantisci a. 1569 obiit. Plura eum et familiam eius concernentia invenies in ipsa commentatione in hoc tomo luci data.

### Epigramma m[agistri] Casparis Langerfeldii Regiomontani

1. Caspar Langerfeld, natus circiter a. 1540, filius Petri Langerfeldii proconsulis Regiomontani a. 1557 mortui, obiit circiter a. 1571 (plura de eo invenies in ipsa commentatione). Regiomontum sive Regius mons, metropolis veteris ducatus Prussiae, nunc Kaliningrad nuncupatur et caput regionis Rossicae est.

V. 1: *Annua lux redit*. Festum Paschae in diem 6 aprilis anno 1561 incidit.

V. 2: *Stygio carcere*. Scilicet ex inferis, Tartaro, inferno et simil.

V. 4: *Tartaream [...] domum*. Idem quod infernum, regnum Plutonis.

V. 7: *tui monumenta laboris*. Verba Ovidiana sunt (cf. Epistolas ex Ponto, lib. 3.5, v. 35).

V. 9: *Perge sequi Musas doctisque favere Camoenis*. Adhortatio, ut auctor Elegiae litteris humanioribus ulterius studeat.

V. 13: *Maeonidis [...] nomen Homeri*. Princeps poetarum Homerus Maeonia sive Lydia oriundus esse traditur, unde simpliciter Maeonides a poetis interdum nuncupabatur.

V. 15: *nomen Nasonis amabile vatis*. Publius Ovidius Naso, poeta Romanus, mentionatur.

<sup>8</sup> Komentarų redakcija – publikacijos autoriaus (red. past.).

V. 16: *nec [...] Andini gloria [...] senis.* Sermo est de Vergilio Marone poeta, cui Andes locus in vicinia Mantuae situs patria erat, unde Andinus a poetis recentioribus vocabatur.

Il[1]ustrissimo principi et domino, domino Nicolao Radivilo [...]

1. Quoad Nicolaum Radvilas vel Radziwiłł Nigrum dictum cf. adnotationem no. 1 ad Titulum pertinentem.

V. 1: *Laeta dies rediit.* Festum Paschae in diem 6 aprilis anno 1561 incidit. Haec verba ex Viti Iacobaei carmine *De triumpho Christi* sunt deprompta (vide tabulam ipsi commentationi insertam).

V. 5: *Non illum Phlegeton, Stygius nec terruit Orcus.* Phlegethon, fluvius infernalis loco aquae igne scuturiens. Stygius Orcus, idem quod Pluto, caput Tartari, generaliter ipsum regnum Tartareum.

V. 6: *nec triplici latrans Cerberus ore canis.* Cerberus, inferni canis, tribus capitibus constare ab antiquis credebatur. Hic versus Strozzi poetae (scil. senioris) ingenio inventus esse (*nec triplici latrans impius ore canis*) a Ravisio Texore traditur et in epitheton Cerberi viris litteratis bene notum et usitatum iamdudum cessisse videtur.

V. 8: *astus perversi Daemonis.* Agitur de Plutone sive Lucifero, regni Tartarei duce.

V. 9–22. Condicio generis humani ante salutiferum actum Christi describitur. Hi omnes versus, duodecimo excepto, ex Viti Iacobaei carmine sunt deprompti (vide tabulam ipsi commentationi insertam).

V. 12: *Tartareae poena maneret aquae* et v. 16: *ad Stygis infernas praecipitabat aquas.* Animas humanas, praecipue obnoxias, post mortem igne infernali torqueri a Christianis credebatur.

V. 27–28: *mors morte fugavit mortem.* Cf. distichon incertae originis (variarum quidem lectionum) declinationem nominis substantivi ‘mors’ continens *mors mortis morti mortem mors* (vel: *nisi morte redemit* (vel: *fugavit, dedisset*) et simil.

V. 40: *maxime dux patriae lausque decusque meae.* Agitur de Nicolao Radvilas vel Radziwiłł.

V. 41: *Carmina [...] iuvenili condita plectro.* Quoad aetatem Martini Gradovii, auctoris Elegiae, confer ipsam commentationem in hoc libro luci datam.

V. 46: *hinc, ubi Marchiacos Odera findit agros.* Sermo est de Viadro fluvio per terras Marchiae Brandenburgicae currente. Ex his verbis conicimus Elegiam Francofordiae ad Viadrum impressam esse (plura eam rem concernentia in ipsa commentatione invenies).

V. 57–58: *genitor [...] optat, impositum Caunae qui gerit urbis onus.* Agitur de Simone Gradovio patre, qui proconsul Caunensis tum temporis erat. Plura ad familiam auctoris attinentia in ipsa commentatione invenies.

V. 59: *undique caeruleo quam Memela flumine cingit*. Agitur de Nemunas fluvio, qui Germanice Memel vel Memela, Latine Chronus nuncupabatur. Cauna ad ripam Chroni et ostium Viliae Chrono illabentis condita sitaque est. Confer versus Adami Schroteri poetae laureati de Memela compositos: *Ortus apud Grodnae sinuosus Memela fines, / saxoso Litavas perluit amne plagas. / Praeterit et Caunae loca mercatoribus apta / urbis et inde tuos, Prussia, stringit agros. / Invius hic semper nec navibus utilis ullis / et propter rupes et fera saxa fuit* (cf. *De fluvio Memela Lithuaniae, qui cura et industria generosi ac clarissimi viri domini Nicolai Tarlo navibus permeabilis factus est, carmen elegiacum authore Adamo Schröthero Silesio*, Cracoviae: Lazarus Andreae, 1553, pag. Br.).

V. 68: *Pylii saecula terna ducis*. Auctor Nestoreos annos duci Nicolao Radvilas imprecatur, quod effectum non est sortitum Radivilo anno 1565 mortuo, aetatis suaem anno 50 solummodo exacto.

## Elegia

V. 1: *Carmine fert animus victorem dicere Christum*. Principium Metamorphoseon Ovidii *In nova fert animus mutatas dicere formas* auctor imitatur.

V. 4: *regia Tartarei [...] ducis*. Scilicet arx, curia Plutonis sive Luciferi in inferno sita, verbo ipse Pluto, Lucifer.

V. 9: *Christus ut immensa descendit luce sub umbras*. Hic versus ex Macarii Mutii carmine *De triumpho Christi* de verbo ad verbum est depromptus. Plura in ipsa commen-tatione invenies.

V. 10: *Ditis ubi bifida regia fronte patet*. Versus Viti Iacobaei (cf. appendicem commen-tationi annexam).

V. 12: *infera sulphureas Styx ubi volvit aquas*. Idem est (cf. appendicem commen-tationi annexam).

V. 14: *ingrediens Stygiae limina prima domus*. Versus Viti Iacobaei nonnihil im-mutatus (cf. appendicem commen-tationi annexam).

V. 20: *quotquot Avernalnis curia Ditis habet*. Idem est (cf. appendicem commen-tationi annexam).

V. 24: *quam mihi Theseo foedere iunxit amor*. Una ex fabulis veterum Graecorum sub verbis de foedere Theseo latet, scilicet iter Thesei et Pyrithoi, amicorum comi-tumque fidelium, ad inferos Persephones rapiendae causa. Ambo raptiores catenis sunt vinciti Pirithoo in Tataris aeviterne detento, Theseo autem ab Hercule tempore multo elapso in lucem libertatemque tandem vindicato.

V. 29: *Ferte citi flamas, date praelia, scandite muros*. Versus Maronianus nonnihil immutatus inseritur (cf. Aeneidos lib. 9 v. 37: *ferte citi ferrum, date tela, ascendite muros*).

- V. 33: *Haec ubi dicta dedit*. Verba Vergilio communia usitataque.
- V. 33: *tenuit mora nulla vocatos*. Ovidii Metamorphoseon lib. 1 versus 167 de verbo ad verbum inseritur.
- V. 37: *celeresque sagittas*. Attributum Vergilio et Horatio commune.
- V. 40: *duraque veloces ad iuga cogit equos*. Cf. Vergili Aeneidos lib. 1 v. 638–639: *frementes / ad iuga cogit equos*.
- V. 42–44: *Exerit et [...] bina quatit*. Hi tres versus ex Viti Iacobaei carmine sunt deprompti (cf. appendicem commentationi annexam). Lucifer bicornis esse fingebatur.
- V. 49: *Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci*. Versus Maronianus de verbo ad verbum inseritur (cf. Aeneidos lib. 6 v. 273).
- V. 50–51: *Ecce reluctatur [...] minitantia mortem*. Hi duo versus nonnihil immutati ex Viti Iacobaei carmine sunt deprompti (cf. appendicem commentationi annexam).
- V. 55: *terribilis toto soevit Mars impius Orco*. Versus Maronianus nonnihil immutatus inseritur (cf. Georgicon lib. 1 v. 511: *saevit toto Mars impius orbe*).
- V. 60: *tales edidit ore sonos*. Verba Ovidio communia (cf. Fastorum lib. 1 v. 100, lib. 3 v. 26, lib. 6 v. 114).
- V. 61: *Tantane vos generis tenuit fiducia vestri*. Versus Maronianus de verbo ad verbum inseritur (cf. Aeneidos lib. 1 v. 132).
- V. 64: *quicquid habet tellus, aequora quicquid habent*. Versus parum certae originis viris litteratis notus.
- V. 67–70: *Me solum [...] ore chorus*. Principium paraphrasis hymni ecclesiastici „Te Deum laudamus“ auctore Georgio Pictorio mutatis mutandis inseritur. Quoad rem cf. ipsam commentationem.
- V. 73: *surrectis auribus astant*. Verba Vergiliana auctor imitatur (cf. Aeneidos lib. 1 v. 152: *arrectisque auribus astant*).
- V. 75: *cunctaque turba furit*. Cf. verba Vergiliana *cetera circum turba furit* (Aeneidos lib. 12 v. 606–607).
- V. 77: *Adventante Deo tremuere palatia Ditis*. Versum Macarii Mutii auctor imitatur (v. 13: *Adventante Deo tremuerunt sceptrta reclusae*).
- V. 79: *Protinus atque imas baratri petiere latebras*. Versus Macarii Mutii (v. 15) de verbo ad verbum inseritur.
- V. 81–82: *At Christus clausos Erebo trepidante recessus / Invadit*. Versus Macarii Mutii est nonnihil immutatus (cf. v. 15: *Invasitque Erebo clausos trepidante recessus*).
- V. 87–88: *impulsaeque procul [...] cardine Ditis*. Hi duo versus ex Macarii Mutii carmine sunt deprompti (v. 87–88).
- V. 89: *multis e millibus unum*. Verba Ovidiana sunt (cf. Epistolas ex Ponto lib. 2.3 v. 11: *multis in milibus unum*).
- V. 94: *Tartareae cuius iura paludis erant*. Versus Viti Iacobaei de verbo ad verbum inseritur (cf. appendicem commentationi annexam).

V. 95: *pedibus timor addidit alas*. Verba Vergiliana sunt (cf. Aeneidos lib. 8 v. 224).

V. 99–100: *Ast instat Christus divinis desuper armis / inclusumque antro comprimit ense ducem*. Vergilium auctor imitatur: *inclusumque cavo saxo atque insueta rudenter / desuper Alcides telis premit [...]* (cf. Aeneidos lib. 8 v. 248–249).

V. 101–103: *Ille autem [...] caligine coeca*. Hos tres versus a Vergilio auctor furatus est nonnulla immutando (cf. Aeneidos lib. 8 v. 251–253): *Ille autem, neque enim fuga iam super ulla pericli, / faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) / evomit involvitque domum caligine caeca*).

V. 105. *Sed nihil hic fraus ulla iuvat, nil proficit astus*. Versus Viti Iacobaei (cf. appendicem commentationi annexam).

V. 107–108: *villosoque setis / corripit atque necat pectora semiferi*. Verbis Vergiliannis auctor usus est (cf. Aeneidos lib. 8 v. 266–267): *villosoque saetis / pectora semiferi*).

V. 110: *compede crura sonant*. Locutio elegans incerti auctoris viris litteratis bene nota. Originem suam a versibus Tibulli fortassis dicit (lib. 2.6 v. 25): *Spes etiam valida solatur compede vinctum: / crura sonant ferro, sed canit inter opus*).

V. 113–114: *Intima disiectae [...] concutiente domos*. Hi duo versus ex Viti Iacobaei carmine sunt deprompti (cf. appendicem commentationi annexam).

*Nota. Secunda pars Elegiae (v. 119–270) locis pauculis exceptis a Vito Iacobaeo est descripta; hos omnes versus appendix commentationi annexa exhibet, reliquos ulterius tractabimus.*

V. 126 et 224: *laetitiae [...] signa dedere*. Phrasis fere eadem bis iteratur.

V. 131: *Isque ubi tendentem adversum per gramina vidit*. Versus Maronianus de verbo ad verbum inseritur (cf. Aeneidos lib. 6 v. 684).

V. 133: *ardua sustollit geminas ad sidera palmas*. Verba Vergiliana multis in locis reperienda (cf. Aeneidos lib. 1 v. 93; lib. 2 v. 152, 405, 687; lib. 5 v. 233, 256, 425, 686; lib. 6 v. 685; lib. 9 v. 16 etc.).

V. 134: *humectatque suas imbre fluente genas*. Locutio elegans „[verbum aliquod praecedens] imbre fluente genas“ originis fortassis Maronianae pro lacrimis usitata et viris litteratis bene nota. Auctor Elegiae Vergilium ulterius sequitur: *alacris palmas utrasque tetendit / effusaeque genis lacrimae et vox excidit ore* (cf. Aeneidos lib. 6 v. 685–686).

V. 135: *Venisti tandem*. Verba Vergiliana sunt eodem ex loco deprompta (cf. Aeneidos lib. 6 v. 687).

V. 136: *aeterni proles unica Patris* et v. 140: *unice nate Patris*. Epitheta Iesu Christi viris litteratis bene nota et usitata.

V. 137: *Vicit iter durum pietas*. Verba Vergiliana sunt eodem ex loco deprompta (cf. Aeneidos lib. 6 v. 688).

V. 139–140. *Sic equidem [...] tempora dinumerans*. Versus Maroniani de verbo ad verbum inseruntur (cf. Aeneidos lib. 6 v. 690–691).

V. 141: *Expectatus ades*. Verba ex Macarii Mutii carmine deprompta esse videntur (v. 69).

V. 141: *nostros miserare labores*. Verba Maroniana esse videntur (cf. Aeneidos lib. 6 v. 56: *Phoebe, gravis Troiae semper miserare labores*).

V. 143: *Da dextram miseri*s. Idem est (cf. Aeneidos lib. 6 v. 370: *da dextram misero*).

V. 143: *et nos his eripe damnis*. Auctor Maronem imitatur (cf. Aeneidos lib. 6 v. 365: *eripe me his, invicte, malis*).

V. 148: *astriferi sidera clara poli*. Locutio elegans parum certae originis viris litteratis bene nota et varie in usu habita.

V. 160: *plausus voce sonante dedit*. Verba originis fortassis Tibullianae (cf. lib. 3.3 v. 40: *cantus ore sonante dedit*) viris litteratis bene nota et varie in usu habita.

V. 163: *Ponite corde metus*. Locutio elegans originis fortassis Maroniana (cf. Aeneidos lib. 1 v. 562: *Solvite corde metum*) viris litteratis bene nota et varie in usu habita.

V. 163: *tristesque ebellite curas*. Idem est (cf. Georgicon lib. 4 v. 531: *licet tristes animo deponere curas*).

V. 171: *vobis coeli Pater annuit arcem*. Auctor Vergilium fortassis aemulatur (cf. Aeneidos lib. 1 v. 250: *quibus adnuit arcem*).

V. 201: *Talis erat Christi per tot mala victa triumphus*. Hic versus aliis scriptoribus notus erat (cf.: Valentinus Schreck(ius), *Triumphus Christi ascendentis in coelum carmine conscriptus [...]*, Regiomonti, 1559, p. [B4v]), inde poetam nostrum hanc phrasim ab aliquo auctore pariter furatum esse non absque re suspicari licet.

V. 214: *quo maius totus non decus orbis habet*. Locutio elegans parum certae originis viris litteratis bene nota et varie in usu habita.

V. 219–220: *Interea laeto [...] supraea Patris*. Hi duo versus ex Macarii Mutii carmine sunt deprompti (v. 255–256: *Interea laeto divisorum ianua coelo / Ardua laxabat supremi tecta parentis*), metro heroico posteriore in pentametrum transformato.

V. 221. *Agnoscuntque suum fulgentia sydera regem*. Versum Maronianum auctor aemulatur (cf. Aeneidos lib. 6 v. 641: [...] *solemque suum sua sidera norunt*).

V. 224: *laetitiae [...] signa dedere*. Cf. v. 126.

V. 225: *blandis amplectitur ulnis*. Locutio elegans originis fortassis Ovidianae (cf. Metamorphoseon lib. 8 v. 63: *cupidisque amplectitur ulnis*) viris litteratis bene nota et varie in usu habita.

V. 230: *premat imperio*. Verba Vergiliana sunt (cf. Aeneidos lib. 1 v. 54: *imperio premit*).

V. 234: *victrices [...] manus*. Attributum originis fortassis Ovidianae (cf. e. g. Metamorphoseon lib. 4 v. 740).

V. 265: *Seviat et quamvis in tanto turbine Moscus.* Agitur de Ioanne IV Basilide (Ivan Vasiljevič Rossice), magno duce Moscorum, qui Diri cognomen apud posteros etiam obtinuit. Saevitiae per milites Moscos tempore belli Livonici a. 1558 perpetratae totam Europam horrore perculserunt, quarum memoria diu vigebat.

Commentarios scripsit Darius Antanavičius



## RECENZIJOS

